

¶ Appendix tertia.

Sub data altitudine solidi
 dum parallelepipedum
 dato cubo æquale cons-
 truire. Sit data altitudo
 recta linea a, datusq;
 cubus b, iam oportebit
 sub altitudine a, solidum
 excitare parallelepipedi-
 dum dato b, cubo æqua-
 le. Esto c, recta linea æ-
 qualis vni laterum cubi
 b, et per propositionem
 xi, li, vi, elemen, Eu, fiat
 vt a, ad c, sic c, ad d, atq;
 inter c, d, rectas lineas p
 propositionē xiii, eius-
 dem li, vi, ele, Eu, media
 proportionalis sit e. Dis-
 co itaq; parallelepipedum
 cuius basis æqualis sit
 quadrato ipsius e, atq; alti-
 tudo æqualis ipsi a, recte
 lineæ, æquale esse dato cubo b.

Et quia per constructionē tres
 rectæ lineæ c e d, sunt cōtinue, pportionales, igitur p corolariū
 pro, xix, li, vi, E, qdrat^o ipsius c, ad ipsius e, qdratū est vt c, ad d,
 hoc ē sicut a, ad c, Ex hypothesi nāq; est vt a, ad c, sic c, ad d, Atq;
 quadratus ipsius c, basis est cubi b, & e, quadratus basis paral-
 lelepipedī construēdi, Igitur per propositionē xxxiiii, libri xi,
 elemē, Euclidis parallelepipedum solidum habens basim æqua-
 lem quadrato e, & fastigiū æquale datæ a, rectæ lineæ, æquale
 est dato cubo b, quod oportuit demonstrare.

¶ Appendix quarta.

Dato solido parallelepipedo non cubo existenti sub data alti-
 tudine æquale dare parallelepipedum. Sit datum solidum pa-

